



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Seqvuntvr Svmmaria Circa præmissas quæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

- 74 REPETIT CLEM. 1.
8 An Clericus pro quolibet gravi crimine veniat deponendus, nu. 113
9 Qualiter Clerici de inconstancia sunt puniendi, nu. 116
10 Quoniam Clericorum correctio ad Episcopum pertinet, nunquid etiam delinquentium exemptorum in suo territorio ad eum spectet, num. 121
11 Utrum Princeps secularis possit Clericum à crimine absolvere, vel eidem indulgentiam, aut abolitionem, seu remissionem, aut gratiam concedere, ita quod non possit ulterius de eodem crimine per Ecclesiasticum iudicem puniri, num. 128

SEQUUNTUR SUMMARIA CIRCA
præmissas quæstiones.

- 59 Clericos à Iurisdictione Impe. qui exem-
rit, & an eorum exemptio sit de jure positi-
vo, vel de jure divino.
60 Privilegium immunitatis quoad personas
Clericorum est de jure positivo, quoad vero ve-
rū exēptionē. ut Clerici sint de foro judicis Ec-
clesiastici, est de jure divino, & à Deo emanavit.
61 Causa ab initio coram sacerdotibus tracta-
bantur.

- 62 Laicus si vult fieri Clericus ab Imp. non potest prohiberi.
- 63 Clericum in crimine repertum, An absque excommunicatione sit licitum occidere.
- 64 Papa solus potest privilegia Clericorum interpretari, declarare, & ex causa restringere.
- 65 Privilegium Clericale secundum Canones est judicandum, nec standum est statutis, vel consuetudinibus Clericorum.
- 66 Creditor an possit capere Clericum, de cujus fuga timetur, absque metu excommunicationis.
- 67 Maritus potest adulterum cum uxore inventum retinere, ut fiat crimen notorium. Idem in fratre filio. & patre.
- 68 Reum offendere posse, vel delinquentem si statuto cautum sit, multo fortius capi poterit in flagranti crimine.
- 69 Fugientem sequentes eum capiendi causa si resistentem vulneraverint, ex hoc puniri non
- 70 Pater si filium incarcerit causa correctionis, non dicitur committere privatum carcerem, nec etiam si ipse filius esset clericus.
- 71 Peccare non censetur, qui juris autoritate aliquid facit.
- 72 Legem pro publica utilitate conscriptam omnes juvare tenentur.
- 73 Clericum de nocte incedentem illicitè potest familia potestatis impunè capere & presentare suo Prelato.

REPETITIO. CLEM, I.

76

74 Consuetudo optima legum Interpres.

75 Remissio Clerici petentis se remitti, cuius expensis fieri debet.

76 Et quid de expensis victualium factis in Carceribus iudicis secularis.

77 Clericum nunquid Laicus possit expellere propria autoritate, si sit dominus ejus, & vasallum ejus à feudo, absque metu excommunicationis, num. 80.

78 Possessio Clerici si cadat in commissum, non debet Princeps secularis extendere manum, nisi prius declaretur per iudicem Ecclesiasticum.

79 Ecclesia non est feudo privanda propter delictum persona, limita ut ibidem.

81 Iudex Laicus nunquid possit Clericum coram ipso falsum deponentem punire.

82 Clericus non debet in causa civili testari coram Laico, sed coram Episcopo, vel coram quo Episcopus committit.

83 Crimen in iudicio deductum non per modum Exceptionis sed accusationis, inquisitionis & denunciationis est puniendum.

84 Reconventio super crimine Clerici non habet locum coram iudice seculari sive sit imponenda poena pecuniaria sive infamia, sive agatur criminaliter sive civiliter.

85 Speciali nota, quae sunt digna nisi specialiter exprimantur, videntur esse neglecta, & non comprehensa sub dispositione generali, licet ex proprio significato verborum comprehendantur.

- 86 Clericus non declinans forum iudicis secularis venit arbitrio iudicis puniendus tanquam transgressor canonis.
- 87 Clericus in actione reali, nunquid possit in iudicio seculari conveniri.
- 88 Possessorium causa spiritualis non est spiritualis quia non tangit medullam veritatis.
- 89 Præcepta negativa obligant semper & ad semper: affirmativa vero semper, sed non ad semper.
- 90 Consuetudo contra jus divinum non valet, & contra institutum Ecclesie.
- 91 Tempus non est modus tollenda obligationis. Laici spiritualia prescribere non possunt, sicut nec consuetudinem inducere.
- 92 Uxor Clerici num gaudeat foro ipsius Clerici? & quid de ejus familia.
- 93 Iudici Laico nunquid sit licitum de causis Clericorum etiam criminalibus cognoscere ex Ecclesie delegatione.
- 94 Clericus de licentia Episcopi an possit consentire in Iudicem Laicum.
- 95 Papa an possit tollere jus positivum, quoad Reum vel plures Clericos in particulari.
- 96 Papa non potest statuere id, ex quo presumitur statum Ecclesie perturbare.
- 97 Statutum si transeat in contractum est irrevocabile.
- 98 Privilegium concessum subdito ex dispositione legis vel statuti, potest tolli sicut ipsa lex statutum.
- F

78 REPETITIO. CLEM. I.

- 99 Papa quo casu possit mutare statum Ecclesia.
- 100 Papa privilegium fori, an possit revocare.
- 101 Privilegium alicui concessum quo casu possit tolli & removeri.
- 102 Episcopus vel alius Iudex Ecclesiasticus nunquid Laicum capere possit, vel carcerare pro crimine Ecclesiastico, num. 105. 106.
- 103 Et an possit dare possessionem rerum secularium, num. 103.
- 104 Laicus licet ratione causa sortiatur forum Episcopi, non tamen per hoc potest dici subditus.
- 107 Clerici non puniuntur pœnis legalibus.
- 108 Episcopus utrum pecuniariam pœnam Laico, sibi temporaliter non subdito, possit imponere.
- 109 Laicus in spiritualibus, vel quasi, debet Papa respondere.
- 110 Laicus quo casu possit conveniri coram iudice Ecclesiastico.
- 111 Delinquens nullam culpam timet, quam sperat nummis redimere.
- 112 Pœna pecuniaria per Episcop. exacta cui sit applicanda, & ubi in iure pœna non est expressa, consuetudinaria non debet imponi, quia pœna apponi consuecta, dicitur ordinaria.
- 113 Clericus an pro quolibet gravi crimine veniat deponendus.
- 114 Delicta quæ dicuntur levia, quæ gravia, quæ gravissima.
- 115 Pœna ex gravitate deprehenditur qualitas, & quantitatis delicti.

- 116 Crimen omne dicitur publicum secundum
jus Canonicum,
- 117 Clerici qualiter de incontinentia sunt pu-
niendi.
- 118 Deo melius est argui de misericordia, quam
severitate.
- 119 Clericus est dignus depositione, si fornicatio
ejus est notoria, vel scandalosa.
- 120 Continentia in sacro Ordine non est votum
taciti vel expressi.
- 121 Castitas quare Clericis fuerit interdicta.
- 122 Clerici qui scandalizant Ecclesiam qui
sint.
- 123 Fieri an aliquid jure debeat, ubicunque
contenditur, potest Administrator jurium
hoc declarare.
- 124 Praeses Provincia non debet permittere de-
legatos à Principe, aliter uti sua potestate
quam in suis literis contineatur, & si for-
mam earum excedat, potest in eos animad-
vertere.
- 125 Iudici volenti mandare executioni sen-
tentiam nullam potest impunè resisti.
- 126 Exempti nunquid possint absolvi ab Episco-
po à sententia Canonis.
- 127 Delegatus delinquens in delegatione sua
nunquid possit coram Ordinario conveniri.
- 128 Princeps secularis utrum possit Clericum
à crimine absolvere vel eidem Indulgentiam

80 REPETIT. CLEM. I.

- aut absolutionem, aut remissionem vel gratiam concedere, ita quod non possit de eodem crimine per Ecclesiasticum iudicem puniri.
- 129 Citationem arctari quando constat sicut citatus tenetur comparere, ita quando dubitatur
- 130 Iudex si probabiliter errat in facto, credens se Iudicem cum non sit & procedit, an teneat processus, & quid si erraret in Iure.
- 131 Opinio praejudicat veritati in his qua sunt Iurisdictionis.
- 132 Gratia unde dicatur.
- 133 Iudex competens emancipationis est Iudex patris & non filij.
- 134 Statutum generale laicorum, & favorabile includit Clericos.
- 135 Deus in correctione malorum placatur.
- 136 Princeps in dubio non praesumitur velle praejudicare Iuri tertij.
- 137 Cognitio cui denegatur, multo fortius dispensatio.
- 138 Clericus expresse confitens coram Iudice seculari se non esse Clericum, sibi non praejudicabit.
- 139 Temporis diuturnitas sine veritate est erroris vetustas.

QUAESTIO PRIM A.

AD quaestionem videlicet Quis exemerit Clericos à Jurisdictione Imperatoris, & videtur quod Imperator in authen. ut cle. conve. apud proprios Episc. & de sancti. episcop. per totum